[illegible] Citr[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]moriast [illegible]

No. 2919

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/deargillaspecime00spie

DE
ARGILLA
SPECIMEN

PRÆSIDE

DN. JACOBO REINBOLDO SPIELMANN

PHIL. ATQUE MED. D. CHEM. BOT. RELIQUÆQUE MAT.
MED. PROF. PUBL. ORD. CAPITULI THOM. CANONICO
ACAD. CÆSAR. N. C. ET PETROPOL. REG. BEROL. ET
ELECT. MOG. SODALI, COLLEGII REG. MED.
NANCEJ. HONORIS MEMBRO

PATRONO, PRÆCEPTORE
USQUE COLENDO

DIE XXX. OCTOBRIS MDCCLXV.

H. L. Q. C.

DEFENDET

JOHANNES DANIEL METZGER
ARGENTINENSIS.

ARGENTORATI
Typis JOH. HENR. HEITZII, Univerſitatis Typographi.

LIBERALITATIS
OTTONIANÆ
DOMINIS
DISPENSATORIBUS
MUNIFICENTISSIMIS

VIRIS
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMO
MAXIME REVERENDO, CONSULTISSIMIS,
EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMIS

DE RE TAM PUBLICA QUAM LITERARIA
OPTIME MERITIS

UT GRATISSIMI SUI ANIMI TESTIMONIUM

EXTARET

HOC SPECIMEN

D. D. D.

RESPONDENS.

L. B. S.

Ampliſſimi Argillæ ordinis tria nunc exhibentur genera; aliis occaſionibus reſervamus reliquarum hiſtoriam; & ea, quæ circa Argillæ compoſitionem Chemia hactenus detexit. Sufficiet nunc methodum indicaſſe, quomodo terrarum genera, largiſſime per orbem diſperſa, ita queant ordinari, ut quos una regio inde trahit uſus, reliquæ ſimilibus inſtructæ quoque queant haurire.

§. I.

Varium terræ voci Auctores tribuunt ſignificatum. Senſu latiſſimo denotat ſubſtantiam ſiccam ex minutis partibus conſtantem, quæ, niſi vinculo quodam uniantur, inter ſe non cohærent; talem terram omnis & ſiccitatis & ſoliditatis principium eſſe, recte hinc, ſi ſincera fuerit, elementis adſcribi, ſagaciores & veterum & recentiorum Philoſophi agnoverunt. ARISTOTEL. *Meteorol.* L. IV. C. 8. GALENUS *de ſimpl. Medicam. facult.* L. IX. BECCHER. *Phyſic. ſubterran* Sect. III. Cap. 2. DUHAMEL *Philoſ. ad uſum Burgund.* Tr. I. Diff. III. C. 4. STAHL *ſpec. Beccher.* P. I. Sect. I. n. 25. BOERHAAVE *Elem. Chem.* P. II. 662. &c. Sed magis ſtricte & ad vulgarem loquendi methodum accommodate, illa modo terra, *quæ injecta aquæ ſtatim ſolvitur & fit lutum*, cum GALENO l. c. proprie Terra dicitur, reliqua arenæ vel ſabuli voce exprimitur: AGRICOLA *de natura foſſil.* L. I. 575. HENKEL *de lapid. origine* p. 14. REAUMUR *Mem. de l'Acad. Roy. des Scienc.* 1730 p. 248. ſq. LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 19. & 31. LINN. *Syſt. Nat.* WOLTERSDORFF *Syſtem. mineral.* p. 9. HILL *Hiſt. of foſſils* p. 1. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 119. diſſolubilis epitheto illam diſtinguit CARTHEUSER *El. mineral.* p. 1. Hæc terræ qualitas, qua ſe in aqua ſuſpendi patitur, ſicuti evidentem characterem, quo la-

A pideam

pideam foſſilium claſſem in duos ordines diſtinguere poſſumus, nobis largitur, ſic unde ſurrexerit inquirere, mentes eorum quæ natura exhibet curioſorum, incitat omnino, & id quidem eo magis, cum iteratis viderimus experimentis, quod hæ terræ, variorum ſalium ope, ita queant diſponi, ut ſe etiam ab aqua omnino patiantur diſſolvi, ita ut inde, niſi evaporatio accedat, neutiquam recedant.

§. II.

Multa ſunt, quæ videntur ſuadere, quod terræ ſtricte ſic dictæ ex ſabulo ſurrexerint, & quod inde ſurrexerint, cum iſti aliquid aquæ accreverit; terram enim, ſi aquam acceperit, aquæ connubium ſubire, evincunt ea, quæ circa mixtionem ſalinam poſt STAHLIUM & HOFFMANN *de Generat. Salium* evicit PRÆSES *de Principio Salino* §. 12. & *Inſtitut. Chym* paſſim: terræ præterea ſicciſſimæ, ſi in vaſis clauſis valido igne urgentur, ſemper aliquid aquæ ſolent fundere, obſervantibus inter plures HIERNE *Tentam. Chym.* I. p. 4. LEHMANN & BRANDES *Mem. de l'Ac. Royale de Berlin* 1757. MEYER *Chym. Verſuch* p. 15. & KÜLBEL *de Cauſa fertil terræ*, ex humo ſeparavit terram, quæ cum aqua filtrum tranſiit; imo terræ ſatis facile ſalibus accreſcunt, & cum eis mixta ſalina formant, ſelenitis, ſalis ammoniaci fixi, ſalis mirabilis Glauberi ex fontibus ſalinis & aqua marina obtinendi, lixivii nitri, aluminis, ſalis vegetabilis cum creta parati &c. exemplo; ipſæ denique terræ, ſi aquam ex mixtione ſua amiſerunt, in ſabulum aut lapides, quorum ramenta ſabulum conſtituunt, tranſeunt; lapides corneos ex creta oriri SAULMON *Hiſt. de l'Acad. Royale des Sciences* 1707. p. 7. probavit; ſilices ex argilla ſurgere viderunt REAUMUR & BASIN *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Scienc.* 1721.

&

& 1739. & ſuſpicatur HENCKEL *de lapid. orig.* Sect. I. n. 11.

§. III.

Terrarum diviſionem, quam THEOPHRASTUS *de Lapidibus* n. IX. tradit, in tales quæ fundi poſſunt, quæ igne in calcem abeunt, & quæ nullam āb igne mutationem patiuntur, longe plures ex recentioribus ſunt ſecuti, qui priores vitreſcentes, ſecundas calcareas, tertias apyras dixerunt; ſed minus bonam hanc diſtinctionem eſſe, vel ſola Illuſtr. POTT *Lithogeognoſia* evincit: reliquis, quæ apud Auctores occurrunt terrarum diſtinctionibus recenſendis ſuperſedemus, cum nobis hic otium fecerit Clariſſimus VOGEL *in Diſſertat. circa Terrarum atque lapidum partitionem*, Gottingæ 1762. habita. Duo ſolummodo genera ſumma terræ ſtricte ſic dictæ (§. 1.) poſſunt aſſumi; unum ſub ſe comprehendit illas, quæ ſolæ, calore qualem noſtræ fornaces ſubminiſtrant, nunquam in ſubſtantias duras abeunt; alterum, eo, quem dixi calore evidenter induratur, gradu duritiei vario; illud *Calcareum*, hoc *Vitreſcens* appello: hoc ſemper acidorum actioni reſiſtit, illud habet ſpecies, quæ cum acidis efferveſcunt & *Abſorbentes* dicuntur, ſed habet quoque tales, in quas nullæ acidis vires ſunt, & hæ *Gypſorum* nomine veniunt.

§. IV.

Terras vitreſcentes accuratius luſtraturis multum difficultatis objecerunt ea, quæ omnem foſſilium hiſtoriam ad noſtra uſque tempora reddiderunt difficillimam; naturæ nimirum in producendis foſſilibus luxuria, qua fit, ut rariſſime eorum aliquod purum, ſincerum, genuinum reperiatur, vix non ſemper varia inter ſe commixta occurrant &

A 2 hinc

hinc difficillimum ſit eruere, quæ ſingulis propria ſunt, quæ habent a peregrinis; his accedit, quod per longiſſimam annorum ſeriem foſſilium inquiſitio hominibus rudioribus, qui inde vitæ ſuſtentationem, nequaquam rerum naturalium cognitionis incrementa quæſiverunt, relicta fuerit, auctores autem non quæ ipſi examinarunt, ſed modo ea, quæ a plebe acceperunt, nobis tradiderint: eruditorum præterea pluſes unice occupati erant in eruendis vocibus, quæ a veteribus ad nos deſcenderunt, & tempus perdiderunt circa laborem, qui nunquam ſuccedere poteſt, cum Veterum deſcriptiones vix non omnes, ſint, ſi quæ aliæ, mancæ & minus adæquatæ: alii autem ſcriptores cum Vegetabilia & animalia notis facile ſub ſenſus cadentibus diſtingui poſſe viderint, id idem etiam circa foſſilia tentarunt experiri. Speramus ideo indulgentiam, ſi, viam incedentes a paucioribus tritam, alicubi a juſto tramite deflectimus, & vocibus apud Auctores occurrentibus ſignificatus tribuimus, qui non omnibus ſubſtantiis conveniunt, quas ipſi eiſdem compellarunt.

§. V.

Argilla eſt terra, quæ cum aqua in paſtam ductilem abit &, cum igne induratur, cohærens manet.

Marga cum aqua paſtam ductilem format, in aëre dilabitur, igne quidem induratur, ſed friabilis eſt & in ſquamas diſſilit.

Tripela eſt marga ſabuli expers, aſpera.

Ochram dicimus, argillam vel margam laxam luteo vel rubro colore inſignitam.

Bolus cum aqua difficilius in paſtam redigitur, igne fornacum per ſe in vitrum pellucens fundi nequit.

Ollaris nomine nobis venit Bolus, qui torno poteſt figurari.

Asbe-

Asbeſtus nobis audit Bolus in fibras longitudinales ordinatus.

Schiſtus autem eſt Bolus ex laminis latis extructus.

Limus cum aqua difficilius in paſtam abit, calore induratur quidem, ſed efformat ſubſtantiam friabilem & igne majore in Vitrum confluit.

§. VI.

I. Argilla igne in ſubſtantiam albam, ſemipellucidam abiens.

1) Porcellana ſplendens, ſabuloſa, Porcellana Autorum.
Argilla durior albo cærulea tenax. HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 29. n. 5. *Argilla Sinenſis altera.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils. p.* 34. n. 7.
Pallide cœruleo-alba, gravis, linguæ valide adhæret, digitos non inquinat, ſi ſuper ſuperficiem aſperam ducitur, relinquit lineam albam, parum ſabuli vehit.
Reperitur in China.

2) Porcellana cohærens, non ſplendens, nec ſabuloſa.
Argilla Sinenſis. DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* p. 34.
Alba cum maculis flavis, linguæ adhæret, digitos inquinat.
In China.
Num huc pertinet *Porcellana mica & quarzo mixta, maculis flavis variegata, ex Portu Ludovici* MACQUER *Mem. de l'Acad. Royale des Sc.* 1758. *p.* 162?

II. Argilla igne in ſubſtantiam albam abiens.

Argilla fiſtularis BROMEL *Mineral. ſuec.* p. 7. & VOGEL *Mineral. Syſtem.* p. 32. qui rationem, qua fiſtulæ parantur, tradit. *Argilla ſubtilis igne indureſcens & palleſcens*

Cartheuser *Elem. Mineral.* 6. *Marne, terre à pipes Oryctologie* 123. de Bomare *Regne mineral* I. 84. Bertrand *Dict. Oryct. Terra porcellana, Argilla apyra, Verſuch einer neuen Mineral.* §. 78. *Terra porcellana*, Baumer *Mineral-Reich* p. 151.

1) Argilla fiſtularis cohærens, ſuperficie ſplendente, ſabuli expers.

α) pallide alba.
Greyiſch tobacco pipe clays Plott *Staffordshire* p. 121. *Argilla cinerea Herlesbergenſis, ex qua Norimbergæ cum terra arenoſa fiunt vaſa liquationis, in quibus aurichalcum conficitur, & Terra cinerea Hiſpanica, ex qua vaſa liquationis fiunt admiſtis teſtis vaſorum fractorum*, Kentmann *Nomencl. foſſil.* fol. 4. n°. 7. *a dusky grey earth* Woodward *Nat. Hiſt. of foſſils* p. 7. *Argilla cinerea Heroldsbergenſis* Baier *Oryctogr.* p. 13. qui ſuo tempore adhuc eam ad uſus a Kentmanno indicatos, nec non ad lateres pro fornacibus metallurgicis adhiberi tradit. *Argilla gryſea ad Holmiam unde ad Ræſtrand vaſa porcellanea parantur*, Bromel *Mineral. Suec.* p. 7. *Argilla gryſeo-alba, ponderoſa, dura*, Hill *Hiſt. of foſſils* p. 19. *Argilla vitreſcens rudis*, Wallerii *Mineral.* §. 13. *Argillæ albæ cum acidis non efferveſcentis Varietas alba, ſubcinerea, pura, non arenoſa*, Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 112. & 113. qui huc adducit *Gudenſem, unde fiſtulas tabacarias formant, Coldicenſem, Harthenſem, Halenſem, Munſterbergenſem, Quedlinburgenſem, Radiſenſem, Lipſienſem, qua figuli plerumque utuntur, & Boleslavienſem. Argilla cinerea*, da Costa *Hiſt. of foſſils* p. 45.

Ponderoſa, digitos non tingit, linguæ firmiter adhæret.

In

In Germania, Suecia, Anglia paſſim occurrit. Apud Anglos eadem vaſa figulina pingunt; ab iisdem ad ollas, in quibus aurichalcum fundunt, adhibetur.

β) Virideſcens.

Marga indurata vireſcens. DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* pag. 73.

Pallide gryſeo-viridis, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret.

Ad Caſſum in Tartaria.

Turcæ eam *Caſſaca* dicunt & abſtergendi ergo in balneis adhibent.

2) Argilla fiſtularis, cohærens, ſuperficie ſplendente & unctuoſa, ſabuloſa, alcalina.

α) Multum ſplendens.

Parætonium PLINII *H. N.* L. XXXV. C. 6. nº. 18. *Argilla albiſſima ponderoſa tenax, quæ Parætonium Authorum* HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 17. *Marga argillacea pinguedinem imbibens* WALLERII *Mineral.* §. 15. *Steatites, quæ Parætonium antiquorum*, DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* pag. 35.

Gravis, friabilis, digitos non tingit, leviter linguæ adhæret.

Reperitur & fruſtatim & in venas ordinata tam in Archipelago quam in Cornubia.

Veteres ea ad picturam utebantur, ad Vauxhal porcellana inde paratur.

β) Minus ſplendens, leviter unguinoſa.

Argilla linguæ fortiter adhærens, cujus quarta & vigeſima pars a ſabulo efformatur.

Ad Sufflenheim in præfectura Hagenovienſi ad profunditatem trium pedum ſub humo occurrit,

Parantur inde optimi lateres pro fornacibus vitriariis.

3) Ar-

3) Argilla fiſtularis laxa, ſuperficie ſplendente & unctuoſa, ſabuloſa.

Terra Samia Collyrion DIOSCORID. *Mat. Med.* L. V. Cap. 172. PLINII *Hiſt. Nat.* L. XXXV. Cap. 16. ORIBAS. *Medic. Collect.* L. XIII. 7. ALDROVAND. *Muſ. Metall.* p. 239. CÆSALP. *de Metallic.* Lib. I. Cap. XI. IMPERAT. *Hiſt. Natur.* Lib. V. Cap. 16. *Muſ. Calceol.* p. 113. MERCAT. *Muſ. Metall.* p. 15. CHARLETON *foſſil.* 221. *Marga ſaxatilis Norwegica* WORMII *Muſ.* p. 5. Cum Veteres ex terra Samia vaſa pararint teſtibus PLAUTO *Captiv. Bacch. Menechm.* CICERONE *pro Muræna*, PLINIO *l. c.* C. 12. &c. hinc ea minus bene videtur Margæ adſcribi. *Hayterscla*y a. 7. WOODWARD *foſſils of England II.* 63. *Argilla leviſſima alba, friabilis.* HILL. *Hiſt. of foſſils.* p. 18. *Terra porcellana farinoſa*, *Verſuch einer neuen Miner.* 84. *Terra albiſſima ad Geram*, JUSTI *Mineral-Reich* §. 408. *Cimolia alba, altera.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 32.

Levis, digitos inquinat, firmiter adhæret linguæ.

Solam ad parandas fiſtulas tabaci non poſſe adhiberi monet DA COSTA.

In Angliæ inſula Vecta & in Germania occurrit.

4) Argilla fiſtularis, cohærens, unctuoſa, ſabuli expers.

α) Lactea, rubro variegata.

Argilla nivea, hinc inde incarnata. LINN. *Syſt. Nat.* p. 207. *Argilla indurata alba.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 35.

Nec digitos inquinat, nec adhæret linguæ.

In variis Germaniæ locis occurrit.

β) Nivea nigro-variegata.

Steatites alba nona, ſeu Italica. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 44.

Levis, linguæ firmiter adhæret.

5) Ar-

5) Argilla fiſtularis, cohærens, ſuperficie unctuoſa, ſabuloſa.

α) Dura.

a) Lævis.

A) Albiſſima.

White clay of Amalebreh. Borlase *Nat. Hiſt. of Cornwall* 63. *Cimolia alba quinta.* da Costa *Hiſt. of foſſils* 33.

Digitis adhæret.

In Devonia & Cornubia occurrit, parantur inde celebratæ Broſely fiſtulæ, adhibetur quoque ad coquendos lateres pro fornacibus fuſoriis.

B) Pallide alba.

White Tabacco-pipe clay Plot *Staffordshire* 121. *Tabacco-pipe clay* a 8. Woodward *foſſils of England* II. 63. *Argilla candida ſeu tabacina de Sommerſchenburg Ducatus Magdeburgici & ex monte Schwarzenberg* Bruckmann *Epiſt. Itin.* Cent. II. 1196. *Argilla ponderoſa, alba, dura, Cimolia alba officinarum.* Hill. *Hiſt. of foſſ.* 18. *Argillæ albæ, cum acidis non efferveſcentis Varietas candida, pura, glabra, parum arenoſa.* Ludwig *Terr. Muſ. Dresd.* 112. ex cujus ſpeciminibus huc referendæ videntur *Gudenſis ex Hollandia Auſtrali, Grimmenſis, Coldicenſis, Halenſis, Lignicenſis, Paſſavienſis, Leucopetrenſis, Boleslavienſis. Argilla alba* Wallerii *Mineralog.* §. 13. *Argillæ Teſſelatæ Variet.* ε, ζ, η. Schreber *Lithogr. Hallenſ.* n. 134. *Terra porcellana Japonica, Verſuch einer neuen Mineral.* 84. *Cimolia alba* da Costa *Hiſt. of foſſils* 32. *Argilla alba* Baumer *Mineral. Erford.* §. 2.

Leviter digitis adhæret, ſed linguæ firmiter.

Specimina Anglica, Belgica & Magdeburgica ad

B paran-

parandas fiſtulas tabaci adhibentur, qua ratione ultimum pro hoc ſcopo præparetur, tradit BRUCKMANN *Breslauer Natur-und Kunſtgeſchicht.* 1726. *trimeſtr. Æſtiv.* 108, qui idem in *Epiſt. It. l. c.* quod eodem ad abſtergendas maculas ex pannis utantur, tradit; Lignicenſe ſpecimen autem optima vaſa fictilia conſtituere, Cl. LUDWIG *l. c.* monet.

Occurrit in Anglia, Belgio & Germania.

b) aridior.

Argillæ albæ cum acidis non efferveſcentis varietas aſpera nonnihil arenoſa LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* 113. qui huc *Boleslavienſem*, *Freyburgenſem ex Ducatu Leucopetrenſi*, *Lignicenſem*, *Nericianam*, *Coldicenſem*, *Michelheimenſem Franconiæ*, & *Annabergicam* refert.

Argilla ad Weiſſenburgum occurrens, cujus octava pars ſabulo conſtituitur & qua noſtrates figuli ad pingenda vaſa utuntur.

β) Friabilis.

a) Alba, variegata.

Argilla alba altera. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 34. Pallide alba, crebro flavo variegata, digitos inquinat, parum ſabuli vehit.

Occurrit in Comitatu Saloppienſi, ubi ad opera figulina adhibetur.

b) Alba, firmiter linguæ adhærens, cujus decima quinta pars ſabulo efformatur.

Ad Weiſſeburgum, ubi bolus dicitur.

c) gryſea.

Cimolia of a dark leaden colour WOODWARD *Hiſt. of foſſils* I. *p.* 4. *Argilla Cimoliam gryſeam referens* GRONOV. *Supell. lapid.* p. 105. *Argilla cinerea quarta* DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* 46. *Argilla* gry-

gryſea Malbodiana, *unde vaſa figulina exquiſitiora in Flandria parantur* MACQUER *Mem. de l'Acad. R. des Scienc.* 1758. 162.

Profunde cinerea.

In variis Angliæ provinciis; in Normannia Galliæ & Jerſey Americæ occurrit.

6) Argilla laxa; unctuoſa, alcalina.

Steatites alba Septima. DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* p. 43.

Alba, crebra mica conſperſa, linguæ firmiter adhæret, digitos non inquinat.

Paſſim in Anglia.

7) Argilla cohærens, ſabuli expers.

α) Alba.

Cimolia alba, WOODWARD *Hiſt. of foſſils* I. 4. *Cimolia alba tertia.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 33.

Pallide alba, digitos inquinat.

In Comitatu Hamtonienſi & Landgraviatu Caſſellano.

β) Nigra.

Argilla ponderoſa, *nigra*, *friabilis* HILL. *Hiſt. of foſſils* 36. *Argilla nigra*, *quæ in igne candida evadit* HELLWING *Lithogr. Angab.* 13. *Argilla nigra Kunnersbergenſis*, LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* 115. IV. 1. β. *Terræ porcellanæ phlogiſto, aliisque heterogeneis mixtæ varietas nigra*, *la terre noire de Monmartre*, *Verſuch ein. neu. Min.* 85. *Argilla fuſca ad Montereau* MACQUER *Mem. de l'Acad. R. des Scienc.* 1758. 161. *Cimolia nigra.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 30.

Gravis, digitos non inquinat, linguæ adhæret.

In Galliæ Inſula, nec non ad Monaſteriolum Senonum, ubi vaſa lapidea inde parant, paſſim in Anglia & in Boruſſia.

Fiſtulæ tabaci inde parantur, adhibetur quoque ad opera figulina.

Argilla extus nigerrima, intus gryſea, ad Weiſſenburgum.

8) Argilla fiſtularis cohærens, ſabuli expers, alcalina.
Cimolia alba ſexta. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 42.
Alba, cum veſtigio cœrulei, manus inquinat, linguæ adhæret.
In Dorſetia Angliæ.
Fiſtulæ tabaci inde parantur.
Argilla alba, flavo variegata, linguæ valide adhærens, digitos non tingens, cum aqua ſpumans. Ad pontem Reintrudis.
Argilla lamellata albiſſima, linguæ adhærens, mollis, digitos tingens: ad Berghemium, Alſatiæ ſuperioris oppidum.

9) Argilla fiſtularis, cohærens, ſuperficie arida ſabuloſa.
α) Mollior.
Argilla ſubcinerea, ſpiſſa, Waldenburgica, ex qua fiunt vaſa KENTMANN *Nomencl. foſſ.* fol. 1. *Argilla alba & arenoſa ad Winkelheyd prope Altorfium, unde parantur ollæ ſeu catini, in quibus vitrum funditur.* BAYER *Oryctogr. Noric.* 13. *Argillæ albæ cum acidis non efferveſcentis varietas alba ſubcinerea, nonnihil arenoſa.* LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* 114. quo refert *Hainovienſem ex Sileſia, Haslavienſem, Dresdenſem, Grunſpergenſem, Meranenſem, Nericianas aliquot, Cizenſem, Mittweydenſem, Altorfenſem in præfectura Chemnizenſi, qua figuli Pœnigenſes utuntur &c.*
Leviter linguæ adhæret, & digitos tingit.
In Anglia adhibetur pro parandis vaſis porcellanis ad Vauxhal. Waldenburgi vaſa inde cocturi, ipſi arenam adjiciunt, teſtibus AGRICOLA & ALBINO *Meiſn. Berg-Chronik*, tit. 23. p. 173.

Argilla

Argilla gryſeo-alba, flavo-variegata, ponderoſa, leviter aſpera, cujus ponderis quarta pars ſabulo conſtituitur.

Ad Hagenoviam.

Argilla alba tenax, linguæ leviter cohærens, cujus duodecima pars a ſabulo efformatur.

Ad Heimbach, trans Rhenum: a figulis Colmarienſibus in uſum trahitur.

β) Lapidea.

Argilla indurata Derbienſis. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 41. Cum deſcriptione fodinæ, unde eruitur.

Pallide cinereo-alba, mica alba conſperſa, nec digitos inquinat, nec linguæ adhæret.

Adhibetur ad opera figulina.

10) Argilla fiſtularis laxa, arida, ſabuloſa, alcalina.

α) Cœrulea.

Argilla cœrulea quinta. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 59.

Plumbea, gravis, vix digitis, neutiquam linguæ adhæret, valde tenax, multum ſabuli vehit.

In fodina calcaria apud Bathonam.

β) Variegata.

Argilla variegata cum acidis efferveſcens. LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* 115. *Argilla rubro-alba.* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 45.

Digitos inquinat, multum ſabuli vehit, occurrit etiam ejus varietas flavo alba.

Reperitur fruſtatim ad Darbiam Angliæ.

γ) Alba, levis, parum ſabuloſa.

Terra Melitenſis ALDROV. *Muſ. Metall.* 253. IMPERAT. *Hiſt. Nat.* L. V. C. 37. CALCEOL. *Muſ.* 130.

Wormii *Muſ.* 6. cum iconibus varie ſigillatæ, Charleton *de foſſil.* 222. Jacobæi *Muſ.* 39. cum deſcriptione ſpeciminis ſigillati, Mercati *Metallothec.* p. 17. Kundmann *Promptuar.* 246. & *Rarior. Natur. & Artis* 243. cum recenſione variorum ſigillorum, quæ ipſi imprimi ſolent. Ludwig *Terr. Muſ. Dresd.* Tab. VII. *Morochtus arenoſus, cum acidis efferveſcens* Ejusd. *l. c.* p. 83. qui huc præterea refert *Bolum Lithuanicum, Cretam tophaceam Suecicam Blecke dictam, Morochtum ex valle Plauenſi, alium ex pago Mollis Glaronenſium, & duos ex Mœnchenſtein prope Baſileam. Lapis D. Pauli* Cæsalpin. *de Metallic.* L. I. C. 12. *Marga friabilis, levis, albeſcens, quæ Terra Melitenſis Auctorum* Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 37. *Creta albeſcens, Terra Melitenſis dicta.* da Costa *Hiſt. of foſſils.* p. 81.

Obſcurius alba, cui interdum veſtigia aliorum colorum accedunt, firmiter linguæ, levius digitis adhæret.

In Italia & Germania.

III. Argilla, quæ igne coloratur.

Argilla communis, lutum, Woltersdorf *Syſtem. mineral.* p. 11. *Argilla vitreſcens rudis, Argilla colorata, Argilla teſſulata figulina* Wallerii *Mineral.* §. 13. *Terre glaiſe, Oryctologie* 122. *Argilla teſſelata, Argilla cœruleſcens* Linnæi *Syſt. Nat.* 207. *Argilla rudis, pura, Argilla rudis calcarea, Argilla igne vitreſcens* Cartheuser *Elem. Mineral.* 5. 6. *Argilla vulgaris.* Vogel *Mineral. Syſt.* p. 28. & *Terrar. partit.* p. 15. *Argile a Potier, Argile colorée, Argile bleue marbrée* Bomare de Vallmont, *Mineral.* I. 54. *&c. Terra porcellana, marte mixta,*

Argilla

Argilla communis, *Verſ. einer neu. Mineral.* §§. 83. & 90. *Argilla figulorum*, *lutum*, BAUMER *Miner.* §. 150.

1) Argilla igne alba, cum veſtigio rubri, unguinoſa, ſabuloſa.

α) Gryſea, ferrugineo-variegata, linguæ non adhæret, ejus tertia pars a ſabulo rudiore efformatur.

Reperitur in fodina plumbi a Dorothea denominata ad fanum D. Mariæ.

β) Gryſeo-fuſca aurifera Cl. MACQUER *Acad. Reg. Scient. Pariſ.* 1758. 161.

Gornaci in Normannia.

Inde vaſa pro fundendo vitro ad *Sévres* parant.

2) Argilla igne alba cum veſtigio rubri, ſabuloſa.

α) Variegata.

Gryſea albo & luteo variegata, linguæ non adhæret, ejus nonam partem ſabulum efformat, igne ita induratur, ut chalybs inde ſcintillas vomat.

Hunavillæ.

Cum illa ex Rittloch ad n. 16. dicenda ad opera figulina recipitur.

β) Concolor.

Gryſea, linguæ non adhærens, ultra tertiam ſui partem ſabulo efformata, ex chalybe ſcintillas elicit.

Ad Betſchdorf in præfectura Hagenovienſi.

Inde adjecto ſale alcali vaſa parant.

3) Argilla igne alba, cum veſtigio rubedinis, alcalina, laxa, ſabuli expers.

Gryſea, luteo-variegata, linguæ adhæret, alcali privata, igne rubra evadit.

Non ſuccurrit, ex quo Alſatiæ loco eam receperimus.

4) Argilla igne cinerea, ſplendens, unctuoſa, ſabuli expers.

Steatites.

Steatites nigra DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 31.
Cœruleo-nigra ſeu plumbea, levis, digitos inquinat, lineam plumbeam ducit, linguæ non adhæret.
Ex Penſylvania.
Ab hac parum differre videtur Argilla cinerea, durior, nec linguæ, nec digitis adhærens, & quæ igne cinerea evadit, cum veſtigio rubri.
Ex Alſatia.

5) Argilla igne gryſea, lævis, unctuoſa, ſabuloſa.

α) Fuſca.

Smectis nobilior, variegatus, cum acidis non efferveſcens. LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* p. 110. *Marga fullonica altera.* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* p. 71.
Pallide fuſca, flavo-variegata, nec digitos inquinat, nec linguæ adhæret, parum ſabuli vehit.
In Viltonia Angliæ & in præfectura Noſſenſi Saxoniæ a fullonibus in uſum trahitur.

β) Albida.

Flavo-variegata, cum aqua ſpumam format, & pauciſſimum ſabuli vehit.
Ad Wintershauſen, vicum Alſatiæ inferioris.
Noſtrates fullones ea utuntur.

6) Argilla igne ex flavo gryſea, unctuoſa, ſabuloſa.

Purbek clay WOODWARD *Hiſt. of foſſils.* II. 63. *Terra bolaris Waldenburgica.* LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* p. 96. *z. Argilla Langeleubenſis, ex qua figuli Pœnigenſes vaſa conficiunt.* EJUSD. *ibid.* p. 113. III. λ. *Argilla alba tenax.* HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 19. *Cimolia alba quarta.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 33.
Alba, crebro flavo maculata, valde viſcida, nec digitis, nec linguæ adhæret.
Varii in Angliæ locis occurrit.
Egregii lateres inde coquuntur, eam quoque ad vaſa figulina adhibent.

7) Argil-

7) Argilla igne pallide-flava, ſabuli expers.
Steatites viridi-alba. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 35.
Gravis, viridi-alba, digitos non inquinat.
In Devonia.

8) Argilla igne pallide-flava, ſabuloſa.
Argilla pallide-cœrulea, duriſſima, tenax. HILL. *Hiſt. of foſſils.* p. 29. *Argilla cœruleo-alba,* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 35.
Cœruleo-alba, flavo-variegata, gravis, digitis non adhæret nec linguæ, inſigniter ſabuloſa.
Paſſim in Anglia.

9) Argilla igne pallide flava, unguinoſa, ſabuli expers, alcalina.
Gryſea, linguæ non adhæret.
Kolbshemii.

10) Argilla igne pallide-flava, cum veſtigio rubedinis, ſplendens, ſabuloſa.
Argilla albo-cinerea, lævis HILL. *Hiſt. of foſſ.* p. 20. *Argilla communis alba; Birckenthon. Verſuch einer neuen Mineralogie.* §. 90.
Digitis vix, linguæ neutiquam adhæret, aliquid ſabuli vehit.
Paſſim in Anglia prope ſuperficiem terræ, audit ibi *Golt*, nec non in Sueciæ Sudermannia.
Huc pertinet argilla alba, pauco luteo variegata, cujus decima pars ſabulo conſtituitur.
Ex arenariis Landavienſibus.

11) Argilla igne cœruleſcens, cum veſtigio rubri, laxa, ſabuloſa, alcalina.
Argilla ſubcœrulea, friabilis, mollior, HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 28. *Tripela argillacea cum acidis efferveſcens* LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 92. *Argilla cœrulea quarta* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 59.

Levis, digitos non inquinat, mica conſperſa eſt, linguæ adhæret.

Paſſim in Anglia occurrit, & ad opera figulina adhibetur.

12) Argilla igne cœruleſcens, unguinoſa, alcalina.

Steatites alba altera Italica DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 44.

Alba cum veſtigio rubri & flavi, flavo variegata, levis, friabilis, linguæ adhæret.

13) Argilla igne violacea, unctuoſa, ſabuloſa.

Lithomarga violacea, cum acidis non efferveſcens LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* p. 159. qui huc *glebam ex Variſcia & Maldivienſem Aſiaticam adducit. Argilla violacea* DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* p. 58.

Color violaceus, digitos non inquinat, firmiter linguæ adhæret.

In Germania & Aſia.

14) Argilla igne plumbea, unctuoſa, ſabuli expers.

Argilla cœrulea tertia DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 59.

Gravis, dura, digitos non tingit, linguæ fortiter adhæret.

Pariſiis.

15) Argilla igne nigro cœrulea, ſabuloſa, alcalina.

Argilla cinereo-rubra DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 51.

Levis, linguæ firmiter, digitis neutiquam adhæret, ſapore nauſeoſo gaudet

Paſſim in Hiſpania, maxime ad Toletum occurrit.

Ea Hiſpani ad depuranda vitra, uſus fullonum & figulorum utuntur.

16) Argilla igne pallide rubra, ſplendens, unguinoſa, ſabuli expers.

α) Nigra.

Terra Pnigites GALEN. *de ſimpl. medic. facult.* L. IX. MERCATI *Metalloth.* p. 18. *Muſ. Calceol.* 128.

Smectis

Smectis niger cum acidis non efferveſcens Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* 112. qui eo *terram Glashuttenſem & Harthenſem* refert. *Argilla nigra ponderoſa tenax, quæ terra Pnigitis Galeni* Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 35. *Argilla nigra ponderoſa* da Costa *Hiſt. of foſſ.* p. 30.

Nigra, digitos non inquinat, quædam ejus ſpecimina firmiter linguæ adhærent, quædam neutiquam.

Olim in Lybia, hodie in Abrutii montibus Italiæ, Germania, Anglia ex terra eruitur.

β) Fuſca.

Smectis cinereo-fuſcus, cum acidis non efferveſcens, Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* 112. qui huc *Magdeburgenſem, qua fullones utuntur, Annabergicam, & Schaumburgenſem terram* adducit. *Argilla ponderoſa viridi-fuſca, rubro variegata* da Costa *Hiſt. of foſſils* 56.

Firmiter linguæ adhæret.

In Comitatu Northamtonienſi Angliæ & Saxonia occurrit.

γ) Flaveſcens.

Ochra ponderoſa, dura, pallide flaveſcens Hill *Hiſt. of foſſils* 51.

Pallide lutea linguæ & digitis adhæret.

In Gallia, Anglia & Germania occurrere dicitur, & a pictoribus in uſum trahi.

Huc pertinent: Argilla pallide lutea, maculis gryſeis variegata, leviter unguinoſa, ad Hagenoviam ſub ſtrato ſiliceo occurrens, &

Argilla gryſea, luteo variegata, leviter linguæ adhærens, ex Rittloch ad Rapoltivillam, nec non

Argilla alba, luteo variegata, cujus aliquid cum

 aqua

aqua filtrum tranſit; ex fodina ferri ad Cleburg prope Weiſſeburgum.

17) Argilla igne pallide rubra, ſabuli expers.

α) Cœruleſcens.

Argillæ communis plaſticæ varietas. Verſuch einer neuen Mineral. §. 90. *Argilla pallide cinerea, friabilis* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 46.

Pallide cinereo-alba & digitis & linguæ adhæret.

In Comitatu Flintenſi.

β) Lutea.

Ochra Italica lutea DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 97.

Levis, friabilis, aſperiuſcula, digitis quidem, ſed nequaquam linguæ adhæret.

A Pictoribus Italis in uſum trahitur.

18) Argilla igne pallide rubra, ſabuloſa.

α) Ex luteo cœruleſcens, linguæ non adhæret, cujus vigeſima pars ſabulo efformatur; Landaviæ ad ſylvam, adhibetur ad opera figulina: &

Alia, quæ rubra eſt & aſpera, linguæ non adhæret, & cujus quarta & decima pars ſabulo efformatur. Ad Reiherwald.

β) Sordide albo-cinerea, nec digitis nec linguæ adhæret, ejus quadrageſima pars ſabulum habet.

Ad Hagenoviam.

Adhibetur ad porcellanam ſpuriam.

γ) Gryſea, durior, cujus ſedecima pars ſabulum eſt, linguæ adhæret.

Ad Hagenoviam.

Figulis inſervit.

δ) Alia præcedenti ſimilis, cujus undecimam partem ſabulum efformat.

Ad Kaltenhauſen.

Inde parantur vaſa, quæ igni egregie reſiſtunt.

19) Ar-

19) Argilla igne carnea, laxa, lævis, ſabuloſa.

α) Cinerea.

Clay of a pale aſh colour. Woodward *Nat. Hiſt. of foſſils* I. pag. 4. *Argilla apyra pallida.* Waller. *Mineral.* p. 27. *Believre, Oryctologie* 123. *Argilla apyra Gallica.* Linn. *Muſ. Teſſin.* 110. *Argilla cinerea quinta.* da Costa *Hiſt. of foſſils.* 46.

Profunde cinerea, manus leviter inquinat, & linguæ adhæret.

In Comitatu Angliæ Flintenſi & Galliæ Normannia occurrit.

β) Rubra.

Ochra friabilis ponderoſa, Sil Syrium antiquorum. Hill. *Hiſt. of foſſils.* p. 57. *Ochra friabilis ponderoſa rubra.* da Costa *Hiſt. of foſſils.* p. 92.

Gravis, pulchre rubra, linguæ & digitis adhæret.

Paſſim in Anglia.

A Pictoribus maxime in uſum trahitur.

20) Argilla igne rubra, ſplendens, ſabuli expers.

Argilla ſubcœrulea tenax. Hill *Hiſt. of foſſils* p. 28.

Gravis, pallide fuſca, cum veſtigio cœrulei, mica conſperſa, nec linguæ, nec digitis adhæret.

In Northamtonia Angliæ.

Huc accedunt:

Argilla pallide lutea, colore corneo inſtructa.

Ad Muhlhuſium, ubi inde tegulas coquunt.

Argilla luteo-cornea, inſigniter unguinoſa, ſaponis in modum raſilis.

Ad Altkirch, ubi figulis in uſum cedit.

Argilla obſcurior, copioſo griſeo variegata.

Indidem.

21) Argilla igne rubra, ſabuli expers, alcalina.

Argilla indurata alba Italica. da Costa *Hiſt. of foſſils.* p. 43.

Levis, pallide alba, firmiter linguæ adhæret.

Ex noſtratibus huic adſcribendæ ſunt:

Argilla gryſea, cum veſtigio flavedinis, cujus vix octuageſima pars ſabulum habet, linguæ non adhærens.

Ad Blæsheim. Hac ad porcellanam ſpuriam utuntur.

Argilla gryſea luteo variegata, linguæ adhæret, igne læte rubra evadit, & ita induratur, ut ex chalybe quoque ſcintillas eliciat.

Blæsheim, *in der Landmanns-Grube.*

22) Argilla igne rubra, ſabuloſa, alcalina.

α) Rubra.

Argilla rubra altera. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 51.

Læte rubra cum veſtigio aurantii, dura, digitos non tingit, leviſſime adhæret linguæ.

In Comitatu Surryenſi. In pago Bernatum Helvetiæ autem occurrit varietas pallidior & aſperior.

β) Fuſca.

Argilla dura, pallide fuſca HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 27. & *fuſca ponderoſa tenax.* EJUSD. *ibid.* *Argilla pallide-fuſca.* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 58.

Arida, mica conſperſa, firmiter adhæret linguæ.

In Comitatu Staffordienſi.

Adhibetur ad opera figulina.

γ) Albo cinerea.

Argilla alcalina albo-cinerea mollis. HILL *Hiſt. of foſſils.* p. 21.

Levius cohæret.

Paſſim in Anglia occurrit, & ad opera figulina adhibetur.

Huc accedit argilla gryſea, cujus tertia & vigeſima pars ſabulo efformatur, Hagenoviæ ſub humo nigra

gra reperiunda, quæ ratione facilioris in igne fuſionis ad Limum accedit.

23) Argilla igne rubra, ſabuloſa.

α) Cinereo-fuſca, lævis, dura.

Marga cinereo-fuſca. DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* 71.

Mica alba conſperſa, nec linguæ nec digitis adhæret.

Scopuli inſulæ Shappey in Cantio toti ex hac argilla conſtant.

β) Gryſea, pallida, linguæ non adhærens, cujus vix ſexageſima pars ſabulum eſt.

Mergenthal.

Figulis inſervit.

γ) Pallide rubra, lævis friabilis.

Ochra friabilis pallide rubeſcens, quæ Bolus Veneta vulgo. HILL *Hiſt. of foſſils* 59. *Ochra rubra, Bolus Veneta dicta,* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 95.

Linguæ & digitis multum adhæret, parum ſabuloſa.

In Carinthia.

Ex Venetia in orbem ad uſus pictorios mittitur.

δ) Rubra.

Laxa, mollis, rubra, linguæ non adhæret, ejus vigeſimam partem arena conſtituit.

Wolfishemii.

Adhibetur ad tegulas.

ε) Gryſea, luteo-variegata, vix ſeptuageſima ejus pars a ſabulo efformatur.

Ad Wintershauſen, in præfectura Hagenovienſi.

Lateres inde coquuntur.

24) Argilla igne rubra, ſuperficie ſplendente ſabuli expers, alcalina.

Argilla pallide-flaveſcens, ponderoſa, tenax, cæruleo-variegata, HILL *Hiſt. of foſſils* p. 25. *Argilla pallide-flaveſcens tenax,* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 54.

Linguæ adhæret, digitos non tingit.

Paſſim

Paſſim in Anglia.

Adhibetur ad opera figulina exquiſitiora.

25) Argilla igne rubra, ſuperficie ſplendente, ſabuloſa, alcalina.

Brownclays a. 103-105. WOODWARD *Hiſt. of foſſ.* p. 9. *Argillæ variegatæ, cum acidis efferveſcentis varietas fuſca, lamellata, ſtratis luteis & fuſcis,* LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 115. qui huc *Almungenſem ex Uplandia* adducit, *Argilla lateritia,* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 56.

Multis colorum varietatibus ludit, digitos non tingit, linguæ mox fortius mox levius adhæret.

Deſcribit DA COSTA varia inter quæ reperitur terræ ſtrata, & addit, quod in ea crebro pyritæ, ſelenites & animalia in lapidem verſa occurrant.

In Anglia & Suecia.

26) Argilla igne rubra, ſabuli expers, unguinoſa, alcalina.

Laxa cinerea, luteo-variegata linguæ non adhæret.

Ad Kolbsheim.

Ad hanc pertinent ex noſtratibus:

Argilla alba, flavo variegata, igne pallide rubra.
Ad Blæsheim.

Argilla flava, albo variegata, cujus albæ modo portiones cum acidis efferveſcunt.

Ad Buxovillam, ubi eadem figuli pro pingendis vaſis utuntur.

Argilla gryſea igne ex albo rubra.
Kolbshemii.

Argilla gryſea corneo-variegata, in modum ſaponis raſilis.

Ad Roderam in Præfectura Tannenſi. Ad opera figulina adhibetur.

27) Ar-

27) Argilla igne rubra, unguinoſa, ſabuloſa.
Alba, rubro-variegata, linguæ adhærens, pro ſexta ſui parte ſabuloſa, igne ita induranda, ut & ſcintillas ex chalybe eliciat.
Ad Landaviam.
Argilla colore corneo, multo luteo variegato, cujus vigeſima pars ſabulo efformatur.
Ad Moſmunſter.
Operibus figulorum inſervit.

28) Argilla igne rubra, unguinoſa, alcalina, ſabuloſa.
Pallide lutea, linguæ non adhæret, ejus decima quarta pars efformatur ſabulo.
Ex Alſatia.

29) Argilla igne rubra, ſuperficie arida, alcalina, ſabuloſa.
Lutea, gryſeo-variegata, portio gryſea modo cum acidis efferveſcit, linguæ non adhæret, ejus ſexta pars eſt ſabulum; terra calcarea ſi fuerit privata, igne lutea evadit, & chalybe percuſſa ſcintillas fundit.
Ad Motheren vicum.

30) Argilla igne rubra, pyritoſa.
Argilla pyritoſa dura Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* 115.
Ob pyritas cum acidis efferveſcit.
α) Cœruleſcens, igne cinerea cum veſtigio rubri.
Ad Niederbronn.
Ejus Ludwig meminit *l. c.*
β) Albida, igne tota rubra.
Ad Bellefoſſe, in Dynaſtia Rupiſvallenſi.

31) Argilla igne ſanguinea, unguinoſa, ſabuli expers.
Flava, linguæ adhæret, digitos tingit.
Ad Pfaffenheim ex montibus eruitur.

32) Argilla igne purpurea, ſabuli expers, alcalina.
Ochra ſordide rubra DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 95.
Gravis, dura, fuſco-rubra, digitis, neutiquam linguæ adhæret.
In Ducatu Eboracenſi.

33) Argilla igne purpurea, ſuperficie arida, ſabuli expers.
Ochra ſaxea rubra, quæ Sil Marmoroſum antiquorum HILL. *Hiſt. of foſſ.* p. 62. *Ochra Indica ſaxea purpureo rubra* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 92.
Durities lapidea, eidem & glebæ plumbi & Cinnabaris ſunt commixtæ, linguæ & digitis multum adhæret.
In China a pictoribus in uſum trahitur.

34) Argilla igne profundius rubra, ſabuloſa.
α) Lævis, durior.
Pnigites AGRICOL. *Natur. foſſil.* 582. CHARLETON *Nomencl. foſſil.* 220. WORMII *Muſ.* p. 5. DALE *Pharmac.* p. 20. *Argilla livido-fuſca tenax.* HILL. *Hiſt. of foſſils* 27. DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 55.
Nigro-fuſca, mica conſperſa, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret, ſapore gaudet vitriolico.
Paſſim in Anglia.
Ad opera figulina recipitur, egregium inde tegularum genus parant.
Flava, igne ſanguinea, cum chalybe ſcintillas vomens, ad Cleburg prope Weiſſenburg.
Extus aurantia, intus gryſea, linguæ non adhæret, igne ita induratur, ut chalybe percuſſa ſcintillas vomat, ejus 28 pars ſabulo efformatur.
Baſtberg ad Buxovillam.
β) Aſperior, friabilior.
Argilla impurior friabilis, luteo-fuſca. HILL. *Hiſt. of foſſils*

foſſils p. 26. *Argilla fuſco-lutea altera.* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* p. 54.

Luteo-fuſca, crebro gryſeo variegata.

Paſſim in Anglia.

Adhibetur ad tegulas & opera figulina.

35) Argilla igne profundius rubra, unctuoſa, ſabuloſa.

α) Cohærens, durior.

Argillæ purpureæ cum acidis non efferveſcentis varietas purpurea, pinguis, minus arenoſa LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* p. 117. qui huc refert *Jenenſem*, *Leucopetrenſem*, *Weidenſem*, *Halenſem*, *Annabergenſem*, *Zellerfeldenſem*, *Gruzingenſem*, & *Baruthinam*. *Argilla rubra* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 49.

Profunde rubra, aurantio-variegata, lineas ducit, digitos non inquinat, linguæ leviter adhæret, parum ſabuli vehit.

In fodinis ferri præcipue.

A) Lutea, cujus quadrageſima octava pars ſabulum eſt, ad Hagenoviam, ſub ſtrato ſiliceo.

B) Cornea, luteo variegata, in modum ſaponis raſilis, cujus trigeſima quarta pars ſabulo efformatur, ad Muhlhuſium, ubi tegulas inde coquunt.

C) Ex rufo flava, cum immixtis particulis argillæ alcalinæ, albæ, igne ita induranda, ut ſcintillas ex chalybe eliciat, decima ejus pars ſabulo conſtituitur. Ad Caſtellum Landavienſe, ubi ad porcellanam ſpuriam adhibetur.

D) Sanguinea, inſigniter unguinoſa, luteo variegata, accedentibus hinc inde maculis albis, pauciſſimum ſabuli vehit. Cleburg ad Weiſſenburgum.

 E) Pal-

E) Pallide luteſcens, corneo-variegata, linguæ non adhærens, ejus nona & decima pars ſabulo efformatur. Ad Muhlhuſium, a figulis in uſum trahitur.

F) Ex rubro lutea ejus ſedecima pars ſabulum habet, igne ſordide rubra. Ad Waldersbach in Dynaſtia Rupisvallenſi.

β) Laxior, friabilis.

Rubrica fabrilis, DIOSCORID. L. V. C. 112. FALLOP. *de Met.* C. 38. CHARLETON *de foſſ.* 219. MERCAT. *Metalloth.* p. 14. *Rubrica Ægyptia & Africana*, PLIN. L. XXXV. C. 6. *Rubrica fabrilis mollis*, KENTMANN *Nomencl. foſſ.* 8. AGRICOLA *Nat. foſſ.* 583. *Rubrica molliuscula*, WOODWARD *Method. foſſ. Marga ponderoſa, rubra, mollis, quæ Rubrica fabrilis Auctorum*, HILL *Hiſt. of foſſils* p. 47. *Argilla ſaturate rubra unctuoſiſſima*, DA COSTA *Hiſt. of foſſils.* 50.

Inſigniter unctuoſa, & linguæ & digitis multum adhæret.

Maxime in fodinis ferri occurrit.

Adhibetur & ad ducendas lineas. & ad artem pictoriam.

36) Argilla igne fuſca, ſplendens, ſabuloſa.

α) Vireſcens.

Argilla vireſcens, ponderoſa, tenax, HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 30.

Obſcure viridis, nec digitis nec linguæ adhæret, ſapore gaudet nauſeoſo, parum ſabuli vehit.

Paſſim in Anglia.

β) Plumbea, unctuoſa.

Argilla cinerea Batavica, DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 45.

Color plumbeus, cum veſtigio viridis, ponderoſa, linguæ non adhæret.

Foditur

Foditur ad Budam, & adhibetur pro porcellana ſpuria Delphenſi.

37) Argilla igne fuſca, ſplendens, ſabuli expers.

α) Cohærens.

a) Laxa.

Argillæ pallidæ, parum liveſcentis, LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* 118. *glebæ ex Nericia & Dannemore in Uplandia, nec non terra Mondiruli. Argilla cœrulea leviſſima, mollis*, HILL. *Hiſt. of foſſils* 29.

Firmiter linguæ adhæret.

Nunquam in ſtrata ordinata occurrit.

Paſſim in Anglia.

b) Dura.

☉ Viridis.

Medulla viridis Saxorum KENTMANN *Nomencl.* fol. 6. *Terre verte vel Veronenſis* BROMEL *Mineral. Suec.* 4. *Lithomarga viridis cum acidis non efferveſcens* LUDWIG *Terr. Muſ. Dresd.* p. 155. qui huc *Veronenſem & Bononienſem* trahit. *Argilla indurata cœruleo vireſcens, quæ Terre verte vulgo in officinis* HILL. *Hiſt. of foſſils.* p. 31. *Argilla indurata cœruleo-vireſcens, Terre verte vulgo dicta* DA COSTA *Hiſt. of foſſ. p.* 60.

Dura, digitis non, ſed linguæ firmiter adhæret, lineam viridem ducit, ſapore nauſeoſo gaudet.

In Gallia & Italia dicitur reperiri, nunquam in ſtrata ordinata.

A pictoribus in uſum trahitur.

Ambiguus valde apud Auctores occurrit terræ viridis ſignificatus.

☾ Fuſca.

Argilla indurata fuſca, maculis nigricantibus variegata,

riegata, HILL *Hiſt. of foſſils.* p. 26. *Lithomarga nigra*, HELCK *Hamburg. Magaz.* VI. 218. *Marga brunna, colore nigro ab aëre picta, ex lapidicina ad oppidum Lauben Saxoniæ ſuperioris*, BRUCKMANN *Epiſt. Itiner.* Cent. II. 1222. *Lithomarga ex flavo fuſca cum acidis non efferveſcens*, LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* 159. ex ſpeciminibus eo adductis huc pertinere videntur *Goldbergenſis*, *Brechelwizenſis*, *Zwickavienſis*, *Nicolſtadienſis* & aliquot *ex cryptis Freybergenſibus*. *Bolus indurata fuſca*, DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 27.

Sapore gaudet adſtringente, facile diffringitur digitis, cum innumeris rimis percurratur, quæ autem in gleba integra non ſub oculos cadunt.

♀ Luteo fuſca ponderoſa.

Marga indurata luteo-fuſca, DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 72.

In Comitatu Surryenſi.

♂ Luteo fuſca levis.

Ochra argillacea, luteo fuſca, levis HILL. *Hiſt. of foſſils* 55. *Argilla fuſco-lutea* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 53.

Paſſim in Anglia.

β) Laminata.

Argilla indurata pictorum fuſca, *Terra di Siena* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 56. *Bolus indurata*, *Flötz-Ertze*, *Verſuch einer neuen Mineral.* §. 87.

Profunde fuſca, levis, digitos non inquinat, tenaciter linguæ adhæret, lineam flavam ducit.

In Anglia.

Huc proxime accedit gleba ad Rapoltivillam occurrens, & ibi Boli nomine veniens.

38) Ar-

38) Argilla igne fuſca, unctuoſa, alcalina.
Marga cinerea DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 67.
Levis, profunde cinerea, digitis nequaquam, leviter linguæ adhæret.
Paſſim in Anglia.

39) Argilla igne fuſca, arida, ſabuloſa.
α) Cœruleſcens.
Argilla ponderoſa, cinerea, mollis HILL. *Hiſt. of foſſ.* 21. *Argilla cæruleo-cinerea* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 48.
Gryſeo variegata, linguæ non adhæret, multa interdum mica conſperſa, interdum flavo-variegata.
Occurrit in Hibernia & Anglia.
Adhibetur ad opera figulina.
β) Lutea.
Ochra pallide lutea DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 98.
Linguæ & digitis adhæret.
γ) *Argilla impurior, friabilis, pallide flaveſcens* HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 26. *Argilla pallide flaveſcens* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 53.
Varie flavicat, linguæ adhæret.
Paſſim in Anglia.
Ad opera figulina adhibetur.
δ) Alba, linguæ non adhærens, cujus ſedecima pars ſabulum eſt.
Ex Heimbach.
ε) Rubra, albo variegata, cujus duodecimam partem ſabulum efformat.
Ad Ekbolsheim.
Inde tegulæ parantur.
ζ) Ex flavo gryſeo-variegata, octava ſui parte ſabulum.
Ad Harburg.
η) Vireſcens.

Terra

Terra Cimolia rubra Plin. L. XXXV. C. 17. Dioscor. L. V. C. 176. Cæsalpin. *de Re Metallic.* L. I. C. 9. Bruckmann *Epiſt. Itin.* CC. p. 1247. *Saponaria*, Kentmann *Nomencl. foſſil.* fol. 2. *Creta Cimolia* Aldrovand *Muſ. Metall.* 245. *Terra ſaponaria*, *Bolus carneus ex Ilva* Mercat. *Metalloth.* p. 17. *Smectis*, *terra ſaponaria Anglica* Worm. *Muſ.* p. 4. *Fullers earth* Woodward *foſſ. of England* p. 4. *Marga cinereo-fuſca mollis; quæ Cimolia purpuraſcens*, *Smectis & terra ſaponaria Auctorum* Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 49. *Marga viridi fuſca*, *terra fullonica vulgo dicta* da Costa *Hiſt. of foſſ.* p. 69.

Gryſeo-fuſca, multum coloribus ludit, non raro ad nigredinem usque deſcendit, ſemper veſtigium viridis habet, dura, ſi raditur, unctuoſa, vix linguæ adhæret.

In Comitatibus Angliæ, Bedfordienſi, Surrienſi, & Cantio reperitur.

Fodinas, Bedfordienſem *Philoſ. Tranſact. abridged.* Vol. VI. P. II. p. 220. Cantianam Woodward *l. c.* Surrienſem da Costa *l. c.* deſcribunt.

40) Argilla igne fuſca, aſpera, ſabuloſa, alcalina.

Ochra purpureo-rubra da Costa *Hiſt. of foſſ.* p. 95.

Laxa, igne colorem non mutat, linguæ & digitis adhæret.

In Anglia.

Ad uſus pictorum.

1) Marga, ſplendens, alcalina, igne rubra.

α) Friabilior.

Argilla lævis e fuſco pallide rubeſcens. Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 33.

Crebro

Crebro gryſeo variegata, ponderoſa, linguæ firmiter, digitis neutiquam adhæret.

Paſſim in Anglia.

Cum Argillis variis mixta, recipitur ad opera figulina.

β) Durior.

Argilla lævis e fuſco ſordide rubeſcens; Hill *Hiſt. of foſſ* p. 33.

Fuſca cum pauca rubedine, nec digitis nec linguæ adhæret.

Paſſim in Anglia.

Recipitur ad opera figulina.

2) Marga ſplendens, ſabuli expers, igne albiſſima.

Leucargillon, Plinii L. XVII. C. 6. *Marga albiſſima mollis, quæ terra Samia alba vel Collyrium Dioſcoridis*, Hill *Hiſt. of foſſ.* 38. & *Marga alba, quæ terra Samia antiquorum*, da Costa p. 63.

Valde levis, friabilis, lineam albam ducit, firmiter linguæ adhæret.

Hodie nulla ulterius in inſula Samos foditur, teſte Tournefort *Voyage* I. 413. In Ilva ex terra erui tradit Mercat. *Metalloth.* p. 15. ſi quidem noſtram intelligit.

3) Marga ſplendens, ſabuli expers, igne rubra.

α) Fuſca.

Argilla obſcure fuſca. da Costa *Hiſt. of foſſils* 55.

Firmiter linguæ adhæret, digitos non inquinat, igne tota obſidetur tuberculis.

In Comitatu Nortfolcenſi.

β) Lutea.

Ochra argillacea, ponderoſa, lutea, dura, Hill *Hiſt. of foſſ.* p. 54. *Argillæ ochraceæ, cum acidis non efferveſcentis*, Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 117. *Varietates I. & II.* qui eo refert *Ochram Caſſelanam*,

lanam, *Anglicam & Nericianam*, nec non *Argillas Jenenſem, Naumburgenſem & Scaphuſianam.*
Dura, ponderoſa, firmiter linguæ, parum digitis adhæret.
Paſſim in Anglia.
A Pictoribus in uſum trahitur.

γ) Rubra.
Ochra rubra cretacea, Wallerii *Mineral.* §. 121. *Ochra argillacea, indurata rubra, quæ Creta rubra Autorum*, Hill *Hiſt. of foſſ.* p. 62. *Creta rubra*, da Costa *Hiſt. of foſſ.* p. 86.
Extus pallide rubra, intus colore hepatico gaudet, denſa, gravis, linguæ & manibus firmiter adhæret.
Paſſim in Europa.

4) Marga ſplendens, ſabuli expers, igne fuſca.

α) Cœrulea.
Argilla viridis, cum acidis non efferveſcens, Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 116. qui huc *glebas ex Ruſſia, Suecia, Nericia & Chemnitio* refert.
Pallida ex viridi cœrulea, leviter linguæ adhæret, digitos non inquinat.
In Gothlandia Sueciæ.

β) Carnea.
Medulla rubra, mollis, ſaxorum Rochlicenſium, qua noſtri homines magno cum fructu loco Boli Armenæ utuntur, Kentmann *Nomencl. foſſil.* fol. 6. *Marga lutea*, Schwenkfeld *foſſil. Sileſ.* p. 384. *Marga ſaxatilis incarnata*, Wormii *Muſ.* 6. Charleton *fosſil.* 222. *Lithomarga carnea, cum acidis non efferveſcens*, Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 156. *Marga medulla*, Gronovii *Supell. lapid.* p. 103. *Marga friabilis, pallide rubeſcens*, Hill *Hiſt. of foſſ.* p. 46.

Color

Color carneus, plus minus rubens, friabilis, linguæ firmiter, neutiquam digitis adhæret.

In Italia, Gallia, Saxonia, Sileſia.

2) Viridis.

Terra viridis, ſaponaria, in Thuringia prope Beichlingum eruta, KENTMANN *Nomencl. foſſil.* fol. 2. *Marga ponderoſa, denſa, cinereo-vireſcens*, HILL *Hiſt. of foſſ.* p. 49.

Vix linguæ adhæret.

In Germania.

5) Marga ſplendens, alcalina, ſabuloſa, igne cinerea.

Argilla cinereo-vireſcens friabilis, HILL *Hiſt. of foſſ.* p. 32. *Marga porcellana*, WALLER. *Mineral.* §. 15.

Gryſea, cum veſtigio viridis, linguæ, neutiquam digitis adhæret, ſapore gaudet auſtero.

In Anglia.

6) Marga ſplendens, alcalina, ſabuloſa, igne ex flavo rubra.

Argilla cinerea ponderoſa, HILL *Hiſt. of foſſils* p. 20. *Marga fullonum ſaponacea lamelloſa*, & *Argilla pinguis in bracteas dehiſcens & in aëre deliqueſcens*, WALLERII *Mineral.* §. 13. *Argilla fiſſilis*, LINNÆI *Syſt. Nat.* 207.

Cœruleo cinerea, ponderoſa, & linguæ & digitis leviſſime adhæret.

In Anglia.

7) Marga ſplendens, alcalina, ſabuloſa, igne rubra.

Argilla flava, ponderoſa tenax, HILL. *Hiſt. of foſſ.* 25.

Ponderoſa, dura, flavo-fuſca, nec linguæ nec digitis adhæret.

In Anglia.

A figulis & cereviſiariis in uſum trahitur.

8) Marga ſplendens, alcalina, ſabuloſa, ſuperficie aſpera, igne rubra.

Rouge d'Inde, ou Terre de Perſe, POMET *Hiſt. des Drogues* III. 115. *Ochra purpurea ponderoſa dura*, HILL *Hiſt. of foſſils* p. 58. *Ochra purpurea Perſica*, DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 94.

Pulcherrime rubra, valde dura, ponderoſa, intus multa mica alba prægnans, linguæ & digitis firmiter adhæret.

Pulcherrimum pigmentum rubrum.

9) Marga ſplendens ſabuloſa, igne rubra.

Acaunumarga, PLIN. L. XVII. C. 7. *Marga rubra duriſſima*, HILL *Hiſt. of foſſils* 47. *Marga rubra altera*, DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 67.

Pallide rubra, cœruleo, albo, cinereo variegata, valde dura, linguæ firmiter adhæret, digitis nequaquam.

Paſſim in Anglia.

Adhibetur ad meliorandos agros.

10) Marga ſplendens, ſabuloſa, igne pallide rubra.

α) Rubeſcens.

Argilla mollis pallide rubeſcens, HILL *Hiſt. of foſſils* p. 33 *Argilla pallide rubra, cum acidis non efferveſcens*, LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 116. qui huc *Numburgenſem*, *Martisburgenſem*, *Oſterlandinam & Stolbergenſem* adducit. *Argilla pallide rubeſcens*, DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 48.

Crebro gryſeo eſt variegata, linguæ firmiter, digitis neutiquam adhæret.

Anno 1729. primum in inſula Vecta e terra eruta, adhibetur ad coloranda ligna.

β) Flaveſcens.

Ochra argillacea ſordide flaveſcens HILL. *Hiſt. of foſſ.* p. 55. *Argilla lutea improprie Ochra dicta* DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* p. 52.

Leviter

Leviter linguæ & digitis adhæret, parum ſabuli ve-
hit, in tabernis nomine *Ochræ Gallicæ* venit.
In multo uſu apud pictores.
Paſſim in Anglia, nec non in Flandria.

11) Marga alcalina, ſabuloſa, igne albiſſima.
Cimolia alba DIOSCOR. L. V. 176. PLIN. L. XXXV. C. 17. TOURNEFORT *Voyage au Levant* I. 144. *Bolus candidus*, MERCAT. *Metallothec.* 17. *Marga alba, ponderoſa, friabilis, quæ terra Cimolia antiquorum*, HILL *Hiſt. of foſſ.* 36. *Marga alba, quæ terra Cimolia antiquorum*, DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* p. 65. *Marga cretacea* WALLERII *Mineral.* §. 15.
Gravis friabilis; multum ſabuloſa, linguæ & digitis adhæret.
In Archipelagi Argenteria, quæ Veterum Cimolia eſt.

12) Marga alcalina, ſuperficie aſpera, ſabuloſa, igne flavicans.
Argilla alba, quibusdam terra Sinenſis, DA COSTA *Hiſt. of foſſils* 43.
Ex flavo alba, linguæ & digitis adhæret, multum ſabuloſa.
In Anglia.

13) Marga alcalina, ſabuli expers, igne alba.
Marga Feroenſis, CHARLETON *Nomencl. foſſ.* 221. *Argilla ſoluta* WALLERII *Mineral.* §. 13. n. 9. *Marga fungoſa, friabilis, albiſſima, levis, Agaricus mineralis & Creta Selineuſiaca dicta*, HILL. *Hiſt. of foſſils* p. 40. *Marga nivea friabilisſima*, GRONOV. *Ind.* p. 103.
Nunquam propria ſtrata efformat, ſemper occurrit in rimis ſaxorum, alba, linguæ & digitis firmiter adhæret.
In India Orientali, America & Europa paſſim.

  14) Mar-

14) Margà alcalina, ſabuli expers, igne purpurea.
Ochra Anglica WORMII *Muſ.* 17. *Ochra ponderoſa, flava, friabilis*, HILL *Hiſt. of foſſ.* 54. *Morochtus ponderoſus, luteus, ochra martiali tinctus, cum acidis efferveſcens*, LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* p. 90. qui huc adducit *terram Serveſtanam, Fryburgenſem, Helveticas aliquot ad oppidum Lauffen erutas, ætitem Guelpherbytanum & terram ex antro Baumanniano. Ochra rufo-flava,* DA COSTA p. 100.
Dura, ponderoſa, ex fuſco flava, aſpera, linguæ & digitis adhæret.
Paſſim in Anglia occurrit, unde larga ejus quantitas in alias regiones divehitur.
Ea vulgo utuntur Pictores, ſed aliis Ochræ ſpeciebus inferior eſt.

15) Marga alcalina, ſabuli expers, igne fuſca.
Marga in aëre deliqueſcens, pinguefaciens WALLERII *Mineral.* §. 15. n. 5. *Marga friabilis, Verſ. ein. neuen Miner.* §. 26. *Marga cœruleo-fuſca, friabilis*, HILL *Hiſt. of foſſils.* 44.
Cœruleo-fuſca, crebro rubro vel flavo variegata, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret.
Paſſim in Anglia.
Adhibetur pro terra fertili reddenda.

16) Marga ſabuloſa, igne pallide carnea.
α) Alba cum veſtigio rubedinis, venis rubris variegata, linguæ valide, neutiquam digitis adhæret, ejus ſextam partem arena efformat.
Ad Kaltenhauſen.
Figuli noſtrates inde ollas parant.
β) Gryſea, linguæ adhæret, ejus ſedecimam partem ſabulum conſtituit, igne magis rubra evadit, quam antecedens.
Ad Biſchweiler.

Ad

Ad eoſdem uſus ac antecedens adhibetur.

γ) Lutea, leviter linguæ adhæret, ejus octava pars ſabulo efformatur.

Ad Fouday in Dynaſtia Rupisvallenſi.

δ) Gryſea, luteo variegata, ejus quinta pars ſabulo conſtituitur.

Indidem.

ε) Gryſea, maculis fuſcis notata, ſulphur vehens, *Terra de Tarnowitz* LEHMANN *Mem. de l'Acad. Roy. de Berlin* 1757. p. 85.

17) Marga ſuperficie aſpera, ſabuloſa, igne fuſca.

α) Cœruleſcens.

Marga argillacea ſubcœrulea, HILL *Hiſt. of foſſils* 44. *Marga cœrulea*, DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 73.

Pallide cœrulea, rubro variegata, nec linguæ nec digito adhæret.

Paſſim in Anglia.

Adhibetur ad agros meliorandos.

β) Flavo fuſca, lapidis in modum dura, linguæ adhæret, ejus vigeſima pars a ſabulo efformatur.

Ex Alſatia.

18) Marga ſabuloſa, ſuperficie aſperâ.

α) Cœrulea.

Marga columbina Eglecopala Gallis PLINII L. XVII. C. 8. *Marga cœruleo-fuſca duriſſima, quæ Marga Columbina Plinii*, HILL *Hiſt. of foſſ.* 45. *Marga cœrulea altera*, DA COSTA *Hiſt. of foſſ.* 73. *Marga indurata ſtratis continuis*, *Verſ. ein. neuen Mineral.* §. 28.

Dura cinereo-cœrulea, non raro rubro vel albo variegata, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret, multum ſabuli habet.

Paſſim in Anglia occurrit.

Ad meliorandam terram adhibetur.

β) Rubra,

Rubrica

Rubrica laminata Worm. *Muſ.* 4. *Marga indurata, ponderoſa, rubra*, Hill. *Hiſt. of foſſ.* p. 48. *Marga rubra cum acidis non efferveſcens* Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* 146. qui huc adducit *Altdorfenſem*, *Plauenſem*, *glebam ex Santilena Indiæ Occidentalis*, *Baruthinam*, *Rittavienſem*, & *Lemniam. Schiſtus rufus, ſcriptura rubra* Linnæi *Syſt. Nat.* 154. *Muſ. Teſſin.* 16.

Profunde rubra, firmiter linguæ, parum digitis adhæret.

In Anglia & Germania.

1) Tripela cohærens, dura, igne rubra.

Ochra duriſſima, ponderoſa, flava Hill. *Hiſt. of foſſ.* p. 54. *Argillæ ochraceæ, cum acidis non efferveſcentis varietas luteo-pallida aſperior* Ludwig *Terr. Muſ. Dreſd.* 118. qui huc adducit *Argillam Leiſnicenſem, eam, quæ ſub nomine terræ Lemniæ in officinis Lipſienſibus proſtat, Nericianam, Wermelandianam, Oſterlandianus & Annaburgenſem.*

Color ſplendide luteus.

Paſſim in Anglia & Germania.

Pictores ea utuntur.

2) Tripela cohærens, dura, alcalina, igne pallide rubra.

Argilla viridi-cinerea da Costa *Hiſt. of foſſ.* p. 47.

Scalpta unctuoſa eſt, leviter linguæ, neutiquam digitis adhæret.

In Cantio.

Ad opera figulina adhibetur.

3) Tripela cohærens, dura, igne albo fuſca.

Argilla indurata, ponderoſiſſima, ſordide virens. Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 32.

Fiſſa aliquid mollis tactui ſiſtit, digitis non adhæret, ſapore gaudet nauſeoſo.

In Anglia.

4)

4) Tripela cohærens dura, ſuperficie pulverulenta, igne rubra.

α) Flaveſcens.

Tripela AGRICOLA *de Nat. foſſ.* 580. KENTMANN *Nomencl. foſſ.* fol. 2. MERCATI *Metalloth.* p. 20. CHARLETON *Nomencl.* 220. VALENTINI *Muſ. Muſ.* 7. BAIER *Supplem. ad Oryctogr.* 43. BAUMER *Miner. Reich* I. p. 155. *Terra Tripolitana* DALE *Pharmac.* p. 23. BROMEL *Mineral Suec.* p. 6. JUSTI *Mineral. Syſt.* §. 432. VOGEL *Mineral.* 38. *Verſ. ein neuen Miner.* §. 89. *Tripolea* ALDROVAND. *Muſ. Metall.* 255. *Terra Alana* EJUSD. *ibid.* *Tripolis* IMPERATI *Hiſt. Nat.* L. V. C. 43. *Tripela lutea, flava, ſubalba, ſubflava* WALLERII *Mineral.* §. 25. *Marga friabilis flaveſcens* LINN. *Mat. Med. ex lapid.* n. 60. *Tripelæ denſioris cum acidis non efferveſcentis* LUDWIG *Terr. Muſ. Dreſd.* 92. *Gleba ex Wermelandia.* *Tripela albo-flaveſcens* HILL *Hiſt. of foſſils* p. 67. *Tripela pura* CARTHEUSER *El. Miner.* p. 8. LEHMANN *Mineral.* §. 18. *Creta albo-flaveſcens* DA COSTA *Hiſt. of foſſils* p. 87.

β) Gryſea.

Tripulis, Terra Alana Muſ. Calceol. 131. *Tripela cinerea* WALLERII *Mineral.* p. 45. & reliquorum Autorum.

Linguæ & digitis leviter adhæret.

Utraque in Africa, Saxonia, territorio Norico, Monte Bructero, Corſica, Venetorum ditione, Galliæ Almorica & Alvernia.

Locum natalem ejus, quæ ad Rhedones reperitur, accurate deſcripſit Cl. DE GARDEIL *Mem. des Etrangers* III. p. 19. hæret illa in colle, qui multas arbores ſubterraneas includit.

F Adhi-

Adhibetur ad polienda metalla & lapides.

γ) Fuſca.

Rottenſtone Woodward *Nat. Hiſt. of foſſils* I. 7. II. 65. *Tripela fuſca levis* Hill. *Hiſt. of foſſ.* p. 69. & *Tripela pallide fuſca dura* Ejusd. *Creta fuſca, terra carioſa dicta* da Costa *Hiſt. of foſſils* 87.

Paſſim in Anglia.

Adhibetur ad polienda metalla.

5) Tripela laxa, ſuperficie pulverulenta, cujus colorem ignis non mutat.

α) Albo cinerea ponderoſa.

Tripela albo-cinerea, ponderoſa, durior, quæ Terra Melia Dioscoridis. Hill. *Hiſt. of foſſ.* p. 68. *Creta cinerea* da Costa *Hiſt of foſſils* p. 85.

Leviſſime linguæ adhæret, non raro ſaporem aluminoſum habet, & tunc eſt *Terra Melia* Dioscoridis *Mat. Med.* L. V. C. 180.

In Anglia & Archipelago.

β) Alba, levis.

Marga fungoſa, candida, denſior Hill. *Hiſt. of foſſ.* 41.

Firmiter linguæ, parum digitis adhæret.

Paſſim in Anglia.

γ) Ex viridi rufeſcens, levis.

Tripela leviſſima, friabilis, albo rubeſcens, Hill. *Hiſt. of foſſ.* p. 68.

In Anglia, Gallia, Hiſpania, America.

6) Tripela laminata, ſplendens, igne pallide rubra.

Tripela laminata albo-rubeſcens. Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 67.

Ex rubro alba, laminis tenerrimis conflatur, ſuperficies ejus aliquem ſplendorem habet, linguæ valide adhæret & mica conſperſa eſt.

In Germania & Anglia occurrit.

Adhibetur ad polienda metalla.

7) Tripela laminata ſuperficie pulverulenta, igne colorem non mutans.

α) Albiſſima.

Tripela tenerioris cum acidis non efferveſcentis Ludwig *Terr. Muſ. Dresd.* p. 93. *Gleba Hellſingica, & ea, quæ in pago Dolbiz prope Luzenam effoditur. Tripela alba* Wallbr. *Miner.* p. 45. *Tripela albiſſima, quæ Creta argentaria antiquorum* Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 67. *Creta tripela alba dicta* da Costa *Hiſt. of foſſils* p. 76.

Albiſſima, leviter linguæ & digitis adhæret.

In Germania, Gallia, Boruſſia.

β) Fuſco-rubeſcens.

Tripela

Tripela fuſco rubeſcens, levis, ſcintillans Hill. *Hiſt. of foſſ. p.* 70.
Laxiſſima, leviter linguæ & digitis adhæret, multa mica conſperſa.
In Anglia.
Ad polienda metalla uſurpatur.

8) Tripela laminata, alcalina, igne rubra.
Tripela fuſca, ponderoſa ſcintillans. Hill. *Hiſt. of foſſils* p. 70.
Ponderoſa, leviter linguæ & digitis adhæret.
Paſſim in Anglia.

TANTUM.

POSITIONES
A Respondente adjectæ.

I. Acidum vitriolicum Argillæ nullum ineſt.

II. Alcali fixum ex vegetabilibus, volatile ex animalibus non educuntur, ſed producuntur.

III. Principia, Mercuriale ſ. terra tertia Beccheri, arſenicale, ſalinum &c. cum ſenſibus demonſtrari non poſſint, nulla exiſtimo.

IV. Salis ex deliquio Salis Tartari reliqui natura nondum ex experimentis certo patuit.

V. Venæ lymphaticæ ab arteriis nullæ, ex celluloſa omnes oriuntur.

VI. Glandulæ Pacchioni ſunt protuberantiæ ſubſtantiæ corticalis cerebri per foraminula duræ matris in ſinum longitudinalem hiantes; ubi hæc deſunt, retro ſinum apparent.

VII. Allantoidis exiſtentia ex fœtibus non maturis ad magnum probabilitatis gradum evecta videtur magnis Viris.

VIII. Auditus oſſicula omnium prima ex cartilagine in ſuam naturam emergunt.

IX. Diaphragma eſt centrum virium muſcularium.

X. Fibra in cruore an hæret formaliter? an non potius materialiter?

XI. Irritabile & muſculoſum ſunt ſynonyma.

XII. Motus cordis eſt ab Irritabilitate.

XIII. Iris non eſt irritabilis, ergo nec muſcularis.

XIV. Iridi motus eſt a retina.

XV. Cerebrum, nervi, cutis, membranæ &c. irritabiles non ſunt.

XVI. Irritabilitas HALLERI & vis vitalis GAUBII non penitus conveniunt inter ſe, hæc enim latius extenditur.

XVII. Tendines, dura & pia mater, perioſteum omne, membranæ omnes ſunt plane perfecteque inſenſibiles, nervi, nervoſæque partes ſolæ ſentiunt.

XVIII. Fluidi nervei exiſtentia extra dubium poſita mihi videtur.

XIX. Quo abit fluidum nerveum? dies docebit. Arterias venasque nerveas eſſe probabile reddunt motus & ſenſus.

XX. Cataractæ depoſitioni præferenda extractio.

XXI. Humor vitreus non protuberat in lentis relictum ſpatium poſt extractionem.

XXII. Reſonitus experientia probatus eſt.

XXIII. Venenum abſolutum non datur.

XXIV. Boli & reliquæ Terræ pingues ſunt medicamenta inertia.

XXV. Quid eſt corium pleuriticum? An fibræ denſitati, an tenacitati tribuendum? Cui quandoque ſanis hominibus detracto ſanguini innatat?

XXVI. An unquam hydrophobus ſervatus fuerit? hactenus dubito.

XXVII. Rhachitidem HIPPOCRATI notam fuiſſe, *ex Aph. S. VI.* 46. non exiſtimo.

XXVIII. Siderum in noſtrum corpus actio, utut ingenioſe a quibuſdam proponitur, ſuſpecta eſſe videtur.

Special 90-B
8702

THE GETTY CENTER
LIBRARY